



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1859

XXXV. Hartnit von dem Knesebeck verkauft dem Kloster Diesdorf
Besitzungen in Dülseberg, am 4. April 1322.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54934](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54934)

ipfos nobiles in monasterii Distorpe sanctimonialia sit rite et rationabiliter donata et translata, quam quidam ex nostris officiais in Saltwedele, putantes forsan id iure posse se facere, et sibi de facto nostro nomine usurparunt. Nos igitur que nostra sunt, non que alterius querere cupientes, districto nostre prohibitionis mandamus vestre fidelitati edicto, ne de cetero hujusmodi Aduocatie ingerere per vos vel per alium aliquo casu presumatis, si nostre indignationis aculeum volueritis euitare. Dantes nichilominus super hujusmodi nostra renunciatione has nostras literas nostri sigilli robore communitas. Prefentes fuerunt nobilis vir Henricus Comes de Luchowe, Borchardus de Berthenfleue, Christianus de Gherardestorp milites, Johannes plebanus in Gorlicia et alii fide digni. Actum et datum Euerfwalde, anno domini M^o. CCC^o. quinto decimo, virginis Marie Magdalene.

Gercken's Dipl. II, 586. 587.

XXXV. Hartnit von dem Knefebeck verkauft dem Kloster Diesdorf Besitzungen in Dülseberg, am 4. April 1322.

Omnibus hanc literam legentibus et audientibus, Ego Hartnit de Knefebeck salutem domini saluatoris. Tenore presencium amicabiliter recognosco, quod ex vnanimi consensu et libera voluntate omnium legitimorum heredum meorum vendidi conuentui sanctimonialium in Distorp in villa Dülseberge alteram dimidiam curiam, videlicet dimidiam curiam, quam colit Thulikens, dimidiam quam colit Veseke, dimidiam quam colit Johannes Lagendorpe, cum omni iure, cum aduocatia in campis, in pratis, in lignis, in siluis cum omnibus prouentibus, sicut ego hactenus habui et possedi predicta bona, ita ecclesia in Distorp sine heredum meorum impetitione aliqua libere possidebit, quia dicta bona a me pro XII marcis puri argenti racionabiliter comparauit, et vt dictus contractus immutabilis perseveret, munita est hec litera sigillis testium subscriptorum et his data dicte ecclesie Warandia videlicet domini Bodonis et Hemponis de Knefebeck militum, Bolduini et Ludolphi et Henrici de Knefebeck famulorum. Anno domini M^o. CCC^o. XXII^o. in dominica palmarum.

Gercken's Fragm. II, 47.

XXXVI. Anna von dem Knefebeck verkauft dem Kloster Diesdorf Besitzungen in Dülseberg, am 23. April 1322.

Ego Anna de Knefebegke tenore presentium coram omnibus recognosco, quod ex libera promissione et vnanimi voluntate fratrum meorum videlicet Pardami et Wafmodi, sicut suis etiam sigillis protestantur, et omnium legitimum heredum nostrorum vendidi Conuentui Sanctimonialium in Distorpe in villa Dülseberge alteram dimidiam curiam, quam colit Veseke, di-